



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

322. Expenditur locus D. Gregorij à P. Rabardeo adductus. Ex part. 7.
tract. 1. res. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

De Immun. Eccles. Resol. CCCXXII. &c. 263

4. Ad auctoritatem Ferrarensis & Molinei, respondeo potuisse quidem P. Rabardeum illos non adducere quis enim nescit fuisse parum pios, immo iuratos Hostes in Ecclesiastican Hierarchiam, & eius libertatem, eorumque opera in Indice librorum prohibitorum apposita. Contra Petrum de Ferrara videat P. Rabardeus quid afferat Rebuffus in *Concord.* *Rubrica de Protectione*, §. nee obstat, vbi vocat eum adulatores Imperatoris, & mendacem. Contra vero Carolum Molineum, videat Bullam Clem. VIII. editam contra eius Opera die 21. Augusti 1602, in qua eorum lectio sub excommunicatione latet sententiae, ac etiam suspicionis haeresis interdictus; & in censura diutorum Operum eodem anno edita praecipitur in quibuscumque libris, vbi eius nomen citatum invenietur, delendum esse; faxit tamen Deus, verum fuisse id quod testatur Raynaldus de Montroris, paucum ante eius mortem, ab erroribus respulisse.

5. Ad auctoritatem Alciati, respondeo ipsum in cap. cum non ab homine, num. 2. de iudiciis: docere exemptionem Clericorum esse de iure Divino, vnde pro nostra sententia illum adducit Bursatus vol. 1. conf. 42. num. 2. Toreblanca in *præl. iur. spir.* lib. 15. cap. 2. num. 18. Sermarius in *confut.* 2. *tractatum*, prop. 1. & alii. Et idem videat P. Rabardeus quomodo pro sua sententia potuerit illum referre. Ad auctoritatem Medjina, respondeo, ipsum non bene percepisti originem Ecclesiasticae immunitatis, & idem inter alia non vereatur assertere ante tempora Iustiniani exemptionem Clericorum non adfuisse, quod etiam docuit Pseudothecologus Paulus Seruita. Sed hoc esse manifestum erorem, non solùm contra Concilia generalia, sed etiam leges Imperatorum recte obseruauit Valboa in *lectio. Salmatic.* tom. 2. ae cap. 1. de *in- dicitis*, n. 36. Pedrazzanus in *respons. ad Theolog. inno- minar.* prop. 1. §. 10. & alii, vt in *seg. resol.* patet. Scio alios Doctores, non citatos à P. Rabardeo, eius docere sententiam, licet sine illationibus ab ipso tam male deducit, verum contraria sententia communis est, vt supra apparat.

RESOL. CCCXXII.

Expenditur locus D. Gregorij à P. Rabardeo adductus? Ex part. 7. tr. 1. Ref. 7.

§. 1. Non desinat tamen etiam hic adnotare non bene pro sua firmanda sententia P. Rabardeum adducere auctoritatem D. Gregorij Papæ, sic enim fol. 17. afferit: Gregorius Papa primus Mauritium Imperatorem admonet; sic illum debere Sacerdotibus dominari, vt debitam illis reverentiam impendat; quibus verbis comprobatur Sacerdotes in Civilibus subiectos esse dominationi, & iurisdictioni Principum secularium, nisi aliqui ipsorum gratia, seu priuilegio liberentur. Ita P. Rabardeus. Sed si dicta verba D. Gregorij, quæ inuenies in Epist. 31. lib. 4. subiectiōne, vt perperam vult Rabardeus importarent, sequeretur etiam Pontifices Imperatoribus subiectos fuisse; nam vt obseruat Card. Bellarminus lib. 2. de Romano Pontif. cap. 28. in dictis verbis, de se ipso, Gregorius loquitur, & inter eos se numerat, quibus affirmat Imperatorem dominati: At hoc assertere impium est, vt haereticæ ex supracitatis verbis D. Gregorij male intellectis conatus est firmare Calbinus, lib. 4. *Instit.* cap. 11. §. 12. & nostris temporibus M. Antonius Capellus ante suum redditum à scilicet ad unitatem Romanæ Ecclesiæ; Ergo firmiter negandum est cum Bellarmino contra Patrem Rabardeum, D. Gregorium in illis verbis ad Mauritium Im-

peratorem scripsisse, iurisdictionem nullam Ecclesiasticos per se ex natura rei designate nam si D. Gregorius afferat Imperatorem debere, reverentiam Sacerdotibus exhibere, hoc certè, ait Bellarminus, inferioris est, non superioris. Igitur recognoscet Pater Rabardeus ex sua Societate crudelissimum Gretserum in *Controversiis pro defensione Bellarmini*, tom. 2. lib. 8. cap. 28. vbi docet D. Gregorium illa verba ad Mauritium scripsisse ex humilitate; non autem ita humilietur sine causa, tunc cum Imperatore loquuntur fuisse; quia, (ait Gretserus) eo tempore Imperator Dominionum temporale in Urbem Romanam obtinebat, & Gregorius eius ope & amicitia vehementer indigebat, vt tam ipse, quam Ecclesiastici, & bona temporalia Ecclesia sua, & populus Romanus à Longobardorum gladiis, & furore defenderentur, & necessitate ac violentia cogente, potest est qui alteri subiectus non est, eum appellare suum Dominum, & se propterea seruum, idque majoris mali effugiendi instituit; quod à S. Gregorio factum est, qui Romanam Ecclesiam in summum discrimen coniecerat; si ius suum & Ecclesiasticorum prosequi, nec à Christiana humilitate rebus afflicti remedium postulare volueret. Nam illo tempore Mauritius Imperator nimis tyrannice Romanam diuexabat Ecclesiam, Itaque si dicta verba Gregorij, subiectiōne designarentur; debebat P. Rabardeus afferere, Pontificem necessitate ita exigente subiectisse & Sacerdotes Imperatori defacto, & non de iure; sicut Christus se subiecit Pilato, ne si ius suum strictè prosequi vellet, Ecclesia nauiculam in maiores Icopolos impelleret ac illidaret. Et tandem ne deferat P. Rabardeus videre celebrissimum Cardinalem Baronium tom. 8. anno 593. qui contra Nouatores adduentes verba Gregorij quasi subiectiōnis, vt ipsi cum P. Rabardeo male putant, Imperator Sacerdotium, defendit Sanctum Pontificem, & quare sic loquuntur fuerit demonstrat, & adducit locum eiusdem Gregorij *Psalm. 4. Panit.* in quo firmiter assertuerat non habendum esse Mauritium inter Imperatores dum aduersum Dei Sacerdotes regiam potestatem exercet, & idem comparauit illum cum Neroni, & Diocletiano; igitur secundum D. Gregorium, Sacerdotes subdebanur Mauritio Imperatori, quemadmodum ait Baronius Christus Redemptor noster fatebatur se subditum potestati Pilati, & sicut itidem dixit iis qui ipsum neci tradere satagebant: Quia omnia post Baronium obseruauit etiam Iacobus Gretserus contra *Theologos Venetos* lib. 3. cōfid. 1: Videat modò P. Rabardeus an debuerit ex mente D. Gregorij loco citato assertere Sacerdotes & Clericos subiectos fuisse dominationi & iurisdictioni Regum, & summorum Principum secularium.

RESOL. CCCXXIII.

Explicantur leges Imperatoris, quas P. Rabardeus ad- ducit, & quod non sine institutoria, sed subsidiariae & declarativae discutuntur? Ex part. 7. tract. 1. Resolut. 8.

§. 1. ET tandem ad auctoritatem legum Imperatorum, quas afferit P. Rabardeus, respondeo, quod ipse non bene ex ipsis inferit, immunitatem Ecclesiasticam esse de iure humano; nam non recte argumentatur, Imperatores concesserunt aliqua Privilégia Clericis pro cōrum exemptione. Ergo talis exemptione est de iure humano: Nam neganda est talis consequentia. Vnde cum Pseudothecologus Paulus Seruita anno 1606. hoc ipsissimum argumentum, quod afferit P. Rabardeus adduxisset, sic assertendo.

[Si]